



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

11 Vtrum timor maneat in patria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

& alteri ad timorem filialem: sed una & eadem separatio ut priuata boni proprii hominis, timetur timore seruili, & ut priuata boni diuini, hoc est, boni hominis in ordine ad Deum, timetur timore filiali. Et sic est sermo noster de timore separationis a Deo cum dicitur, quod crescit crescente charitate in uia. Nam de patria est alter articulus, & non est praeferens sermo de separatione a Deo. hoc est, de offensa Dei: quoniam, ut patet in littera, timori casto utrumque, timendum tribuitur, scilicet offendere Deum, & separari a Deo. Sed quia Durandus arguit contra timoris casti augmentum, pro quantum respicit separationem: ideo ut dictum est, loquimur non de separationis offensa, quae est malum culpae, sed de separationis, quae est malum poenae, non ut est priuatio boni nostri, sed ut est priuatio boni diuini, uel dictum est. Secundum est, quod obiectum timoris multum dicitur, scilicet malum arduum, futurum, possibile: sed quantum ad propositum spectat, dicitur duo, scilicet malum, & possibile, quae ita se habent, quod conueniunt primo in hoc, quod, utrumque existit ad obiectum timoris, scilicet & possibile malum, & quod sit possibile, ut patet: & conueniunt secundum hoc, quod ceteris paribus, quod uis eorum actum augere tendunt. Nam ceteris paribus, quod est magis malum, & est magis timendum: & similiter ceteris paribus, quod est magis possibile, est magis timendum: sed differant in hoc, quod in latitudine est mensura simpliciter timoris: ita quod quanto minus est malum, tanto timor eius est simpliciter maior. Possibile uero latitudo est mensura secundum quod est timor: quod patet ex eo, quod quantum ad malum, minus timemus, quam si magnum aliquod malum possibile immineret, quia minus non facile euenturum. Et quoniam in huiusmodi nihil dicitur esse, uel bonum, uel patet in 2. Physicorum: eiusdem rationis est esse minus malum, & appetiari, ut minus malum: a per hoc ad propositum descendendo, separari a Deo tanto maioris mali rationem habet, quanto magis appetiatur. Constat autem quod tanto magis appetiatur, quanto magis Deus amatur: & consequenter quanto magis crescit amans Deum charitas, tanto magis crescit appetitio separationis a Deo. Et si huiusmodi, quod in uia semper habet rationem possibilem, concludes, quod crescente charitate timor separationis a Deo crescit simpliciter ex augmento mensura simpliciter, & diminuitur secundum quod ex diminutione mensura secundum quid, scilicet possibilis: quia minus possibilis est perfectio in charitate, quam imperfectio.

augmentatus, reuerentiam timoris non minuit, sed auget.

ARTICVLVS XI.

Utrum timor remaneat in patria.

AD VNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod timor non remaneat in patria. Dicitur enim Prover. Abundantia perfructur, timore malorum sublato: quod intelligitur de homine iam sapientia perfructu in beatitudine eterna: sed omnis timor est aliquis mali, quia malum est obiectum timoris, ut supra dictum est. ergo nullus timor erit in patria.

¶ 2. Præterea. Homines in patria erunt Deo conformes, secundum illud 1. Io. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus: sed Deus nihil timet. ergo homines in patria non habebunt aliquem timorem.

¶ 3. Præterea. Spes est perfectior, quam timor, quia spes est respectu boni, timor respectu mali: sed spes non erit in patria, ergo nec timor erit in patria.

SED CONTRA est, quod dicitur in psal. 118. Timor Domini saeculus permanet in saeculum.

RESPON. Dicendum, quod timor seruilis, siue timor poenae nullum modo erit in patria. Excluditur enim talis timor per securitatem aeterna beatitudinis, quae est de ipsius beatitudinis ratione, sicut supra dictum est. Timor autem filialis sicut augetur augmentata charitate, ita charitate perfecta perficitur. Unde non habebit in patria eundem actum omnino, quem habet modo. Ad cuius euentum sciendum est, quod proprium obiectum timoris est malum possibile, sicut proprium obiectum spei est bonum possibile. Et cum modo

tes, quam imperfectiori. Et ut clarus fiat quod dicimus, declaratur exemplo. Certum est, quod quanto aliquis magis diligit amicum, tanto magis appetit conuictum cum illo, ac per hoc tanto minus malum aestimat separationem ab illo: & quanto minus diligit quis amicum, tanto minus facit conuictum cum illo, ac

tus timoris sit quasi fuga, importat timor fugam mali ardui possibilis. Parua enim mala timorem non inducunt. Sicut autem bonum uniuscuiusque est, ut in suo ordine consistat: ita malum uniuscuiusque est, ut suum ordinem deserat. Ordo autem creaturae rationalis est, ut sit sub Deo, & supra ceteras creaturas. Unde sicut malum creaturae rationalis est, ut subdat se creaturae inferiori per amorem, ita etiam malum eius est, si non Deo se subiciat, sed in ipsum presumptuose insiliat, uel contemnat. Hoc autem malum creaturae rationali secundum suam naturam considerate possibile est propter naturalem liberi arbitrii flexibilitatem, sed in beatis fit non possibile per gloria perfectionem. Fuga ergo huius mali, quod est Deo non subici, ut possibilis natura, impossibilis autem beatitudini, erit in patria. In uia autem est fuga huius mali, ut omnino possibilis. Et ideo Gregorius dicit decimo septimo Moral. exponens illud Iob uigesimo septimo. Columnae caeli contremiscunt, & paueant ad nutum eius. Ipse, inquit, uirtutes caelestium, quae hunc sine cessatione conspiciunt, in ipsa contemplatione contremiscunt: sed idem tremor, ne eis poenalis sit, non timoris est, sed admirationis: quia scilicet admirantur Deum, ut supra se existentem, & eis incomprehensibilem. Augustinus etiam decimo quarto de ciuitate Dei, hoc modo ponit timorem in patria, quam hoc sub dubio derelinquat. Timor, inquit, ille castus, permanens in saeculum saeculi, si erit in futuro saeculo, non erit timore exiens a malo, quod accidere potest: sed tenens in bono quod amitti non potest. Vbi enim

demus patrem magis timere separationem filij magis amati, quam uis difficile futuram, quam separationem filij minus amati facile futuram: & ideo crescente charitate, crescit simpliciter timor separationis ex augmento appetitionis mali separationis, & minuitur secundum quid ex diminutione possibilitatis euentiendi. Facile, & difficile species sunt possibilis. ¶ Ad solutionem rationis ridentur per idem, quia diminutio est quid non tollit augmentum simpliciter. Unde stat solida ratio, quod crescente causa, effectus crescit simpliciter: & crescente charitate, crescit appetitio separationis, ac per hoc timor simpliciter crescit. Nec obstat diminutio possibilis, quia cum augmento simpliciter, stat diminutio secundum quid. Et sic timor separationis crescentis charitate, minuitur secundum quid, pro quanto securiores sunt coniunctione ad Deum perfecti in charitate ex hoc, quod apprehendunt separationem difficile posse euenire, attento dono perfectae charitatis percepto.

per hoc minus malum aestimat separari ab illo: & demum si nihil diligit, nihil boni in conuictu, & nihil mali in separatione illius aestimat. Vbi uides, quod propria mensura appetitionis mali separationis, est amor amicitiae: & consequenter prospicere potes, quod optime auctor inserit ex augmento charitatis in uia, in qua semper saluatur obiectum timoris, in separatione a Deo, quod augetur simpliciter timor separationis.

Charitas enim est amor amicitiae ad Deum, quia amatur coniunctio hominis cum Deo ad Deum, cuius opposita separatio malum est possibile semper in uia. Et quanto maior est charitas, tanto magis appetitur bonum coniunctionis, & malum separationis: ac per hoc semper crescit simpliciter timor separationis.

¶ Ad obiectionem ergo Durandi, quanto separatio est difficilius, tanto minus timetur, respondetur, quod uerum est ceteris paribus: sed in proposito non sunt cetera paria: quia separatio habet rationem maioris mali respectu perfectioris in charitate, quia ab eo magis appetiatur in bono coniunctio ad Deum, & in malo opposita separatio ex hoc ipso, quod magis diligit Deum. Et non solum non sunt cetera paria, sed ista imparitas ex parte appetitii mali longe praeminet imparitati possibilitatis, ut patet ex hoc, quod uis

magis timere separationem filij magis amati, quam uis difficile futuram, quam separationem filij minus amati facile futuram: & ideo crescente charitate, crescit simpliciter timor separationis ex augmento appetitionis mali separationis, & minuitur secundum quid ex diminutione possibilitatis euentiendi. Facile, & difficile species sunt possibilis. ¶ Ad solutionem rationis ridentur per idem, quia diminutio est quid non tollit augmentum simpliciter. Unde stat solida ratio, quod crescente causa, effectus crescit simpliciter: & crescente charitate, crescit appetitio separationis, ac per hoc timor simpliciter crescit. Nec obstat diminutio possibilis, quia cum augmento simpliciter, stat diminutio secundum quid. Et sic timor separationis crescentis charitate, minuitur secundum quid, pro quanto securiores sunt coniunctione ad Deum perfecti in charitate ex hoc, quod apprehendunt separationem difficile posse euenire, attento dono perfectae charitatis percepto.

Li. 17. Mor. cap. 15. circa principium.

Li. 4. c. 9. in ter med. & finem 10. 9.

¶ Super

boni adepti amor immutabilis, est profecto si dici potest, mali cauendi timor, securus est. Timoris quippe casti nomine, ea uoluntas significata est, qua necesse erit nolle peccare, & non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed tranquillitate charitatis cauere peccati: Aut si nullius omnino generis timor ibi esse poterit, ita fortasse timor in seculum seculi dictus est permanens, quia id permanebit, quo timor ipse producit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in authoritate praedicta excluditur a beatis timor sollicitudinem habens, de malo praecauens, non autem timor securus, ut Augustinus * dicit.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut dicit Dionysius 9. cap. 7. de diu. no. Eadem, & similia sunt Deo & dissimilia. Haec quidem secundum contingentem non imitabilis imitationem, id est, in quantum secundum suum posse imitantur Deum, qui non est perfecte imitabilis. Haec autem secundum quod hic causa minus habent a causa infinitis mensuris, & incomparabilibus deficientia. Unde non oportet, quod si Deo non conuenit timor, quia non habet superiorem, cui subiiciatur, quod propter hoc non conueniat beatis, quorum beatitudo consistit in perfecta subiectione ad Deum.

AD TERTIUM dicendum, quod spes importat quendam defectum, scilicet fruitionem beatitudinis, quae tollitur per eius praesentiam: sed timor importat defectum naturalem creature, secundum quod in infinitum distat a Deo: quod etiam in patria remanebit. & ideo timor non euacuabitur totaliter.

ARTICVLVS XII.

Vtrum paupertas spiritus sit beatitudo respondens dono timoris.

* lib. 14. de ciuita. Dei, ca. 9. a med. tom. 5. 7 ca. 9. a med. die illius.

Inf. q. 122. ar. 2. co. Et 2. di. 24. q. 1. ar. 4. & 6. or. * ar. 7. huius quae.

Ar. 9. ad 1.

1. 2. q. 70. ar. 3.

mediu to. 4. Li. c. 9. ante

AD DUODECIMUM sic proceditur. Videtur quod paupertas spiritus non sit beatitudo respondens dono timoris. Timor enim est initium spiritualis uitae, ut ex * dictis patet: sed paupertas pertinet ad perfectionem uitae spiritualis, secundum illud Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quae habes, & da pauperibus, ergo paupertas spiritus non respondet dono timoris.

¶ 2. Praet. In psalm. 118. dicitur. Confige timore tuo carnes meas. Ex quo uidetur, quod ad timorem pertinet carnis reprimere: sed ad repressionem carnis maximè uidetur pertinere beatitudo luctus. ergo beatitudo luctus magis respondet dono timoris, quam beatitudo paupertatis.

¶ 3. Praet. Donum timoris respondet uirtuti spei, sicut dictum * est: sed spei maxime uidetur respondere beatitudo ultima, quae est: Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur, quia, ut dicitur Rom. 8. Gloria in spe gloria filiorum Dei. ergo beatitudo illa magis respondet dono timoris, quam paupertas spiritus.

¶ 4. Praet. supra dictum * est, quod beatitudinibus respondent fructus: sed nihil in fructibus inuenitur respondere dono timoris, ergo etiam neque in beatitudinibus aliquid ei respondet.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de sermone Domini in monte. Timor Dei congruit humilibus, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu.

RESPON. Dicendum, quod timori proprie respondet paupertas spiritus. Cum enim ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei subditum esse, id quod ex huiusmodi subiectione consequitur, pertinet ad bonum timoris. Ex hoc autem

F quod aliquis Deo se subiicit, definit quiescere, uel in aliquo alio magnificari, nisi in Deo. n. repugnaret perfectae subiectioni ad Deum dicitur in Psalm. 19. Hi in curribus, & hi in autem in nomine Dei nostri in uocabuntur. ex hoc, quod aliquis perfecte timet Deum, quens est, quod non quærat magnificari superbiis: neque etiam quærat magnificari superbiis bonis, scilicet honoribus, & diuitiis, utrumque pertinet ad paupertatem spiritus, quod paupertas spiritus intelligi potest in timore inflati & superbi spiritus, ut * Augustinus nit: uel etiam abiectione temporalium rerum spiritu, id est, propria uoluntate per inchoationem sustinendi, ut Ambrosius & Hieron. exponunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod beatitudo sit actus uirtutis perfectae, omnes beatitudines ad perfectionem spiritus uirtutis pertinet, quidem perfectione principium esse ad beatitudinem ad perfectam spiritualium bonorum perfectionem, terrena bona contemnat, sicut magister. m. m. locum habet in donis. Non autem perfectio in ipsa temporalium bonorum perfectione, sed haec est uia ad perfectionem. Timor filialis, cui respondet beatitudo paupertatis, est cum perfectione sapientiae, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod dicitur ponitur subiectioni ad Deum, quam facit filialis, in debita magnificatio hominis uel in uel in alijs rebus, quam delectatio extrinsecus opponitur timori ex consequenti, quod reueretur, & ei subditur, non delectatio in se, sed tamen delectatio non pertinet ad beatitudinem, quam respicit timor, sicut magnificatio directe beatitudo paupertatis respondet beatitudo autem luctus ex consequenti.

AD TERTIUM dicendum, quod spes motum ex habitudine ad terminum ad beatitudinem: sed timor importat magis motum ex habitu ad terminum recessus a termino a quo. Et prima beatitudo, quae est spiritualis perfectio, congrue respondet spei per modum timoris: sed prima beatitudo, quae est per reuerentiam, exterioribus impediens beatitudinem, congrue respondet timori.

AD QUARTUM dicendum, quod beatitudo illa, quae pertinet ad moderatum timorem, incontinentiam a rebus temporalibus, uidetur timoris conuenire, sicut modestia, continentia castitas.

QVAESTIO XX.

De uitijs oppositis, in quatuor articulos diuisa.

K E I N D E considerandum est de uitijs oppositis. Et primo, de desperatione. Secundo, de praesumptione.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum desperatio sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum possit esse sine infidelitate.